



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 23. Epistola Synodalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

menas instruere; portas ipsæ obsidebant Sæculum IV.  
ex illa Ecclesiæ parte, qua mulieres sta- A. C. 325.  
bant, a viris separatæ; ad ipsum Baptis- *Epiph.*  
mum in deponendis, & resumendis ve- *expos.*  
stibus mulieres adjuvabant, ut omnia de-  
center fierent.

Ultimus Canon de simplici cæremonia agit his verbis: *Quia sunt, qui die Dominica tempore Paschali genua flectunt, ut omnia in omnibus Diœcesibus uniformiter fiant, S. Concilium jussit, ut bis diebus Christiani stantes ad Deum orent.* Ex his videtur, quam sollicite Patres etiam minoris momenti tradiciones retinuerint, si fuerint antiquæ, hujus autem jam Tertullianus meminerat. Hi *Tertull. de Cor. c. 3.* sunt viginti Concilii Nicæni Canones. Tanta hujus Concilii fuit reverentia, ut ejus Nomine multi Canones, quos non condidit, fuerint acceptati. Christiani Orientales novissimi temporis totam antiquam Ecclesiæ Disciplinam eidem adscripserunt, estque illud, quod Canones Arabicos Concilii Nicæni vocant.

### §. XXIII.

#### *Epistola Synodalis.*

Patres, antequam separarentur, Epistolam Synodalem scripserunt, præcipue ad Ecclesiam Alexandrinam directam, ut pote quam omnia in Concilio acta maxime

Sæculum IV. xime respiciebant; dirigitur quoque ad  
A. C. 325. omnes Fideles Ægypti, Pentapolis, Ly-  
biæ, & omnes Ecclesiæ, quæ sub cœlo  
sunt. Exordio Episcopi se Dei Gratia,  
& Constantini Imperatoris ex diversis  
Provinciis collectos esse agnoscunt. Tum  
subjungunt: *Ante omnia Arii, & Sefta-*  
*torum ejus impietas Imperatore prese-*  
*nte examini subjecta est, atque una vo-*  
*omnes statuerunt, ipsum, Doctrinam i-*  
*psius impiam, verba & cogitationes a-*  
*nathematizare; blasphemabat enim in*  
*Filiū Dei, dicens; esse ex nibilo pro-*  
*ductum, non fuisse, antequam genera-*  
*tur, & fuisse tempus, quo non extit-*  
*rit. Suo libero arbitrio vitii capacem*  
*esse, aut virtutis, denique esse creaturam.*  
*S. Concilium hæc omnia anathematiza-*  
*vit, cum vel tantum pronuntiari baud*  
*patienter tulisset. Quid ipso Ario fa-*  
*ctum, aut jam scitis, aut satis audietis;*  
*nolumus videri insultare homini, dignam*  
*suo crimine pænam ferenti. Hoc de*  
*Arii exilio intelligendum, quo eum Im-*  
*perator statim mulctavit, non enim nisi*  
*post aliquot abhinc annos mortuus est.*  
*Tum in Epistola Synodali hæc sequuntur:*  
*Impietatis ejus venenum Theonam quoque*  
*ex Marmarica, & Secundum ex urbe*  
*Ptolemaide infecit, quos eadem pæna se-*  

*Sup. §. 15. cuta est. Deinde, quæ de Meletianis acta*  
*fuerant, enarrant, sicut superius relatum*  
*est,*

que ad  
s, Ly  
cœlo  
Gratia,  
iversi  
Tum  
Secta  
ræsen  
z voc  
am i  
nes a  
im in  
o pro  
eraro  
xtito  
pacem  
uram.  
atiza  
t band  
io fa  
lietis;  
ignam  
oc de  
n Im  
n nisi  
is est.  
ntur:  
uoque  
urbe  
na se-  
s acta  
atum  
est,

est, reliqua Episcopo Alexandro com-Sæculum IV.  
mittentes, cuius participatione, & au- A. C. 325.  
ctoritate omnia facta. Tum etiam De-  
cretum de Paschate referunt, & addunt:  
*Igitur gaudium sit omnibus vobis, quod  
Pax, & unio in Ecclesia restituta, &  
cunctæ bæreses extirpatæ; summo hono-  
re, & charitate Alexandrum Collegam  
nostrum, Episcopum vestrum recipite,  
cuius præsentia omnes lætati sumus, qui  
tam proiecta ætate tot labores suscepit,  
ut vobis pacem procuraret. Ultimo se-  
precibus eorum commendant.*

### §. XXIV.

#### *Epistola Imperatoris pro Decreto- rum Observatione.*

Imperator Constantinus simul duas scri- Ap. Euf. III.  
psit Epistolas, ut Decreta Concilii pu- vit. c. 17.  
blicaret, & absentibus nota faceret. Pri- Theod. I.  
ma ad omnes Ecclesias dirigitur, & mul- c. 10.  
tis explicat, quæ paucis damus; Quæ- Socr. I. c. 9.  
tionem fidei fuisse examinatam, & ita  
discussam, ut nulla difficultas, nullum  
dubium superesse possit. Unanimiter  
statutum, Pascha ubique eadem die ce-  
lebrandum, ne aliquid Christianis in hac  
cæremonia cum Judæis commune esset.  
Omnes, ut debitam Concilii statutis obe- c. 19.  
dientiam præsent, exhortatur, adjectis  
verbis notatu dignis: *Quaecunque in Sa-*  
*Hist. Eccles. Tom. III. O cris* c. 20.